

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ernst Cothmann

**Meditationes Piae, De Remediis Adversus Calamitates, Pressuras atq[ue]
calumnias. Et De Inimicis Diligendis**

Rostochii: Rostochii: Hallerfordi[i]: Pedanus, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73044192X>

Druck Freier  Zugang



Burg A.-C. 5 P.C.
127 fol. Inv.

Zm-3511^{1.2}.

42^a/3





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73044192X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73044192X/phys_0004)

DFG

MEDITATIONES
PIÆ,

DE REME-
DIIS ADVERSUS
GALAMITATES, PRES-
FUSAS atq; calumnias.

E T

DE INIMICIS

DILIGENTIA

EXCEPIT ET IMPRESSA

S. ALOIUSTINO

& in ordine aliquam

admodum breviter

ERNESTO COTHMAN,
Jurisconsulto.

ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Anno 1614.

Impensâ Johani Hallerfordi.

ERNESTUS COTHMAN
FILIO FRIDERICO,
saltem & incolumi-
tatem.

Fili mi, Duo sunt, de quibus te hoc tempore admonere velim; Unum, de calamitatibus, pressuris, & calumnijs Christiana patientia perferendis, alterum, de inimicis pia Charitate complectendis. Utrumq; per quamgrave & admodum difficile est, neq; inbas infirmitate perfette praestari potest. Interim admittendum, & pro dono divinitus dato ac concessso laborandum nobis est, ut in utroq; operam sedulam ponentes indies proficiamus, & quod carni corrupta difficile est, spiritu impleamus. Quo magis autem in hac etate tua adhuc tenera ad utrumq; fleetaris, meditationes meas ex S. Augustino illa de re excerptas, & in ordinem aliquem digestas tibi exhibeo. Dabam inter alias occupationes, Gustrobi Anno M. DC. XIII. die XXV. Octobris, quo ante annos sexdecim lucem hanc feliciter aspergisti. Salve & pie sancte & vive.

MEDITATIO-
NES PIÆ DE REME-
dijs adversus Calamitates
pressuras & Ca-
lumnias.

NE COMMODIS Et
fortunis adversis
nullum nec anti-
quius nec melius.
nec certius remedium est,
quam cogitare & scire, Deum
esse calamitatum autorem.
Ne igitur dicamus calamitosi
& injurijs pressi: Hoc nobis
Diabolus fecit: Hoc nobis
homo fecit: Prorsus ad Deum
nostrum referamus flagellum
nostrum, quia nec Diabolus

A 2 nec

nec homo nobis aliquid facit, nisi Deus permittat, permittit autem nihil, nisi quod nobis prodeat *August. Psal. 31.*
& Psal. 55. cupiditatem nocendi uterq; potest habere propriam: potestatem autem, si ille non dat, non habet
August. Psal. 32. Non enim est potestas nisi à Deo *ad Ro. 13.*
v. 1. Sic Diabolo, sic homini nulla est potestas in hominem, nisi desuper detur. Stabat judex vivorum & mortuorum ante hominem judicem, & inflavit se homo judex, videns ante se Christum, & ait: Nescis, quia potestatem habeo occidendi & dimittendi te. At ille, qui venierat & eum docere, à quo iudicabatur, Non haberet, inquit,

quit, in me potestatem, nisi
esset tibi desuper data. Et ho-
mo & diabolus non nisi ac-
cepta potestate nocent, sed
proficientibus non nocent.
August. Psalm. 103. Quid ipse
Diabolus? Aususne est vel u-
nam oviculam tollere viro
sancto Job, nisi prius diceret:
Mitte manum tuam, h. e., da
potestatem? ille volebat: sed
ille non sinebat. Quando il-
le permisit, ille potuit. Non
ergo ille potuit, sed qui per-
misit. Ideo benè eruditus ipse
Job non ait: Dominus dedit
& Diabolus abstulit: sed, Do-
minus dedit, & Dominus abs-
tulit, sicut Domino placuit,
ita factum est, non sicut Dia-
bolo placuit. *Aug. d. Psal. 32.*
Et cum à capite usq; ad pe-

A 3 des

des in putredine vermium
fluere, nec tunc tribuit Diabolus aliquam potentiam Job:
sed & cum ei suggessisset &
uxor ejus, quam solam reliquerat Diabolus non consolatrix mariti, sed adjutricem
sui, & dixisset ei: dic aliquid
verbum in Deum, & morere:
dixit ei, locuta es tanquam una
ex insipiētibus mulieribus:
Si bona suscepimus de manu
Domini, mala quare non su-
stinebitus? *August. Psal 90.* In-
sulsi certe pueri sumus in do-
mo patris amantes patrem,
si nobis blādiatur, & odio ha-
bentes quando nos flagellat:
quasi non & blandiens & fla-
gellans hæreditatē nobis paret
August. Ps. 32. Quod Dominus
Deus noster nos permittit pa-
ti flā-

ti flagellū, corrigentis est non
poena damnantis *Augusti.* in
Joh. cap. 1. tract. 7. & Ep. 121. in-
telligamus homines, medicū
nostrum esse Deum: & tribu-
lationem medicamentum esse
ad salutem, non poenam ad
damnationem *Augusti. Ps. 21. &*
Psal. 22. Quid verò non mis-
ericorditer nobis præstatur à
Domino Deo, à quo etiam
tribulatio beneficū est? Nam
res prospera donum est con-
solantis: res autem adversa
donum est admonentis *Dei*
Augusti. epist. 87. Breve scilicet
mysterium, ut noverimus
eum misericorditer dare cum
dat, misericorditer auferre
cum tollit: nec nos credamus
à misericordia ejus derelin-
qui, qui nobis aut blanditur

A 4 dando

dando ne deficiamus, aut cor-
ripit exultantes, ne peream-
us. Sive ergo in ejus donis,
sive in ejus flagellis, laudemus
eum. Laus flagellantis, medi-
cina est vulneris. *August. Psal.*
144. Quicquid h̄ic accidit,
contra voluntatem nostram
noverimus non accidere, nisi
de voluntate Dei, de provi-
dētia ipsius, de ordine ipsius,
de nutu ipsius, de legibus i-
psiis: & si nos nō intelligimus,
quid quare fiat demus hoc
providentia ipsius, quia non
fit sine causa *August. Psalm. 148.*
Tu igitur, sancte Domine, cor-
mentemq; nostram rege, ut te
calamitatum nostrarum auto-
rem cogitemus in timore &
tremore *Psal. 2. v. 11.*

Secundum remedium est,
ut

ut in calamitatibus ad ipsum
verum calamitatum autorem
confugiamus. Quando tribu-
lamur: utiq; è tribulatione ex-
ire desideramus. Si carcer fe-
cit tribulationem, exire de
carcere exquirimus: si fames
fecit tribulationem, saturita-
tem exquirimus: si damnum
fecit tribulationem, lucrum
exquirimus: si peregrinatio
fecit tribulationem civitatem
carnis nostræ exquirimus: &
quid cuncta commemore-
mus? quando cuncta com-
memoremus? Sed si velimus
esse transilientes, in die tribu-
lationis nostræ, Deum exqui-
ramus, non per Deum aliud,
sed per tribulationem Deum
August. Psal. 76. in cruce nimi-
rum, calamitate, & tribulatio-

A 5 ne ad

ne ad Deum oremus & clamen-
mus, & Deum timeamus,
Jacob. s. v. 13. nullum enim
majus, nullum melius nego-
cium est in tribulatione,
quam recedere ab eo strepi-
tu, qui foris est, & ire in in-
teriora mentis secretaria, ibi
Deum invocemus, ubi nemo
videt gementem & subve-
nientem, illius cubiculi adver-
sus omnem extrinsecus illa-
tam molestiam ostium clau-
damus, humiliemus nos ipsos
in confessione peccati, magni-
ficemus & laudemus Deum,
& corripientem & consolan-
tem. Prorsus hoc omnino te-
nendum. *August. Psal. 34.* & in
omni tribulatione ad Deum
confugiendum est, sive sit tri-
bulatio in re familiari, sive sit
in

in salute corporis, sive de periculo charissimorum, sive de aliqua re ad hujus vitę sustentationem necessaria. Aug.

Psal. 45. sive quando maledicimur, & quid agamus non habemus: quando nobis jactantur opprobria, & quomodo corrigamus eum, à quo jactantur, non invenimus.

August. Psal. 68. & Psal. 70. sive fera in nos sæviat, sive serpens insidietur, sive homines oderit, sive Diabolus nos impugnet. August. Psal. 32. sive supervenerit hyems torporis, tēpeitas timoris, frigus tristitiae: sive sit aliqua exhortatio, sive humiliatio. Aug. Psal.

66. nullum omnino aliud refugium debet esse nobis Christianis, quam Salvator noster,

A 6 — quo

quo cum confugerimus, for-
tes erimus. *August. d Psal. 45.*
nihil aliud nobis restat, nisi
orare. *August. d. Psal. 68. &*
Psal. 70. cor habeamus fixum
in illo, qui se non subtrahit,
etsi quasi subtrahit aurē plo-
rantibus, sed apponit miseri-
cordiam deprecantibus. No-
vit quid agat, qui nos fecit:
novit & reficere nos: bonus
est structor, qui ædificavit
domum; si aliquid ibi decide-
rit, novit reficere *Aug. Psal. 21.*
Tu igitur Deus sis spes nostra
inter tentationes, inter ini-
quitates, inter scandala, inter
apertas oppugnationes &
subdolas locutiones: inter
eos, qui ore suo benedicunt
& corde suo maledicunt: in-
ter eos, qui honorē nostrum
cogi-

cogitant repellere : inter su-
surrones, detractores, Deo o-
dibiles, ubi possunt, palam op-
pugnantes, ubi non possunt,
occulte insidiantes, falso lau-
dantes, verè inimicantes Aug.
Psal. 61. Tu sis medicus noster
omnisciens & omnipotens: &
nobis, qui quotidie & nos
ipsoſ vulneramus, & ab alijs
vulneramur, prorogandę mi-
sericordiæ quotidianam me-
dicinam propina *August. Ho-*
mil. 28.

Tertium remedium est
testimonium bonæ conscienc-
iæ. Inter omnes namq; tri-
bulationes humanæ animæ
nulla est major tribulatio,
quam conscientia delicto-
rum. Si enim ibi requies non
est propter abundantiam ini-
quita-

quiratis, quoniam & ibi Deus
non est. quid facturus est ho-
mo? Quò confugiet, cum ce-
pit pati tribulationes? Fugiet
ab agro ad civitatem, à publi-
co ad domum, à domo ad cu-
biculum, & sequitur tribula-
tio. A cubiculo jam quo fu-
giat non habet, nisi interius
ad cubile suum. Porrò si ibi
tumultus est, si fumus iniqui-
tatis, si flamma sceleris, non
illuc potest confugere. Pelli-
tur enim inde: & cum inde
pellitur, à seipso pellitur. Et
ecce hostem suum invenit,
quo confugerat, seipsum:
Quò fugitus est? Quocunq;
fugerit, si talem trahit post se:
& quocunque talem traxerit
se, cruciat se, sed à se ipso sunt
tribulationes tantò acerbio-
res

res quanto^m interiores. Cæterum, si ibi vulnus non sit, sanumq; sit intus hominis, quod cōscientia vocatur, ubicunq; alibi passus fuerit tribulatio-
nes. illuc confugiet & ibi in-
veniet Deum *August. Psal. 45.*
Si igitur incurrit tibi tribu-
lacio, & quæras te defendere,
& fortè nemo accipiat defen-
sionem tuam, & tu jam per-
turberis quasi perdideris cau-
sam tuā, quia nullius habeas
defensionem aut testimoniū:
custodi intus innocentiam
tuā, ubi nemo opprimit cau-
sam tuam. Prævaluuit in te fal-
sum testimonium? sed apud
homines. nunquid apud
Deum valebit, ubi causa tua
dicenda est? Quando Deus
judex erit, aliis testis quam
con-

conscientia tua non erit: inter judicem justū & conscientiam tuā noli timere, nisi causam tuam: si causam malam non habueris, nullum accusatorem pertimesces, nullum falsum testimoniū refelles, nullum verum requires: Tu tantum bonam conscientiam affer.

Aug. Psal. 37. Est interior pulchritudo conscientia, ibi videt Christus, ibi amat Christus, ibi alloquitur Christus, ibi punit Christus, ibi coronat Christus *August. Psal. 44.* Hac conscientia fretis Martyribus parum fuit perdere, pecuniam, quando proscripti sunt: perdiderunt & animam suam, quando passi sunt, perdiderunt animam, ut in vita æternam invenirent eam.

Aug.

August. Psal. 52. Hac conscientia mater Macchabæa tyran ni immanitatem & ferocitatem contemnens & deridens, & filios numero plures & se ipsam morti libens lubensq; tradidit *Machab. 2. cap. 7.* Hac conscientia Evangelistæ & Apostoli durissima, ignominiosissima, fævissima & crudelissima quoq; perpetrati sunt

August. Epist. 50. Psal. 29. Psal. 35.

Psal. 36. Hac conscientia Stephanus ibat ovans animis & spe sua damna levabat *Act. 7.*

Tuigitur Deus noster in nobis quoq; conscientiam rectam & bonam creauit ad calamitates, adversitates, opprobria, calumnias, & persecutiones fortiter stemus: tibi gloriâ tribuamus, & per mul-

tas

tas tribulationes regnum tuū
ingrediamur. *Acto. 14. v. 22.*

Quartum remedium est
præparatio ad crucem & per-
secutiones Nam cum Chri-
stum sequi velimus Christi
discipuli esse cupiamus, Chri-
sto digni haberi desidere-
mus: necesse est, ut nosmet-
ipsos abnegemus, & crucem
nostram quotidiè ferre disca-
mus *Matt. 10. v. 38. & c. 16. v.*
24. Marc. 8. v. 34. Luc. 14. v. 24.
in tranquillitate pacio com-
prehendamus doctrinam sa-
pientiæ, quæ inter Tribula-
tionum turbines difficulter a-
gnoscitur, nec facile inveni-
untur in adversitate præsidia,
quæ nō fuerunt in pace quæ
fita. Sed quemadmodum ja-
cula prævisa minus feriunt.

sic

sic calamitates & tentatio-
nes ante cogitatae patientius
recipiuntur & tolerantur Ec-
cles 7. v. 30. August. Psal. 55. &
Psal. 59. efficiuntq; ne vitam,
hanc quasi prosperam eliga-
mus, & solam adversam de-
vitemus, sed utramq; cavea-
mus, illā ne corrumpat, istam
ne frangat Aug. Psal. 74. & in
tribulationibus, in pressuris,
in temptationibus fortes simus,
perduremus, August. Psal. 39.
duremus inter contradicen-
tes, perferamus minas, biba-
mus opprobria Aug. Psal. 54.
clamemus cum Jobo, Domi-
nus dedit, Dominus abstulit,
sit nomen Domini benedi-
ctum: Domino sic placuit, sit
Domini placitum benedi-
ctum: Dominus sic voluit sit
volun-

voluntas Domini benedicta.
Job. 1. v. 21. Utamur mundo
isto indifferetur , nec extolla-
mur, quando res prosperæ ac-
cedunt; nec frangamur, quan-
do res adversæ sunt: sed ubiq;
dominum benedicamus, non
solum quando abundamus,
sed etiam quando amittimus:
non solum quando sani su-
mus, sed etiam quando ægrot-
amus: ut sit in nobis vera illa
eantio, benedicam dominum
omni tempore , semper laus
ejus in ore meo. Si ergò sem-
per: & quando arridet pro-
speritas, & quando tristis est
adversitas August. Psalm. 138.
Tu igitur Deus sis in corde
quærentium te, in corde con-
fidentium tibi, & proœcien-
tium se in te, & plorantium

in

in sinu tuo post vias difficiles:
& tu facilis abstergas lachri-
mas nostras, ut magis plore-
mus & gaudeamus in fleti-
bus *August. confes. s. cap. 2.* Te
inspirante, id volumus: te ad-
juvante, id possumus *August.*
epist. 134. Tu hortare pigros,
doce studiosos: hortare, ut
pugnemus, adjuva dimican-
tes; deficientes subleva; labo-
rantes ne desere: adjuva ut
vincamus, & vincentes coro-
na *Agust. Psal. 32.*

Quintum remedium, præ-
cedenti velut injunctum, est
fides atque constantia, quæ
exemplis ex calamitatibus e-
reptorum confirmanda est.
Quemadmodum enim insula
undiq; circūstrepentibus flu-
ctibus tundi potest, frangi
non

non potest, magis magisq;
ipsa frangit fluctus venientes,
quam frangatur ab eis. Sic
& Ecclesiæ Dei pullulantes
per totum orbem terrarum
patiuntur persecutioes un-
diq; fromentum infidelium,
& ecce stant Insulae & jam
placatum est mare Aug. Ps. 96.
Liberavit Jehova Adamum
& Evam de Diaboli potestate
Gen. 3. v. 7. de diluvio Noam
Gen. 6. v. 7. Abraham à fame
Gen. 20. v. 1. & c. 41. Actor. 7.
v. 11. August. Psal. 33. Lothum
de coelesti incendio Gen. 19. v.
12. Isaac de imminenti gladio
Gen. 22. v. 1. & seq. Joseph de
calumnia mulieris & à custo-
dia carceris Gen. 39. v. 7. &
seqq. & c. 41. v. 40. & seqq. Mo-
ses ab Ægyptijs Exod. 14. v. 7.
& seqq.

E seqq. ab excidio civitatis
Rahab *Jos.* 6. v. 17. & v. 23.
Susannam à testibus falfis
Dantel. 13. Danielem de lacu
leonum *Daniel.* 6. v. 16. tres vi-
ros ab ignibus *Daniel.* 3. v. 23.
E seqq. *August.* epist. 120. Hu-
miliatus videbatur Job per-
dita substantia sua, perditis
filiis suis, perditis quæ serva-
bat, perditis quibus servabat,
remanet sine hæreditate, &,
quod est tristius, sine hærede,
remansit ad solam uxorem,
non suam consolatricem sed
Diaboli potius adjutricem :
Humiliatus videbatur, videli-
cet si miser factus est, videli-
cet si non erat in abscondito
vultus Dei. Nudus, ait, exij
de utero matris, nudus rever-
tar in terram. Dominus dedit,
Domi-

Dominus abstulit, sicut Domi-
no placuit ita factum est,
sit nomen Domini benedi-
ctum: Itæ geminæ laudes
Dei unde sunt? videte paupe-
rem foris, intus divitem: Itæ
geminæ laudes non exirent
de ejus ore, nisi thesaurum ha-
beret in corde. *August. Psal. 30.*
Nonnè martyres amati sunt
vehementer, & quando nos
commemoramus, exardesci-
in amore? Quid in illis ama-
mus fratres? membra laniata
à feris. Quid foedius, si o-
culos carnis interroges? Quid
pulchrius, si oculos mentis in-
terroges? *August. in Joan. c. 1.*
tract. 3. Tu igitur Jehova sis
interior dominator noster,
sis interior pastor & conso-
lator noster, sis interior fidu-
cia

cia nostra Aug. Psal. 30. ut certò credamus & statuamus quod tu nunquam nobis auferaris, qui dedisti, quamvis nobis ablatum sit, quod dedisti August. Psal. 32.

Sextum remedium est, ut finē cogitemus, evigilemus, & sentiamus, quia vapulamus, & sciamus quia vapulamus, & doleamus quia vapulamus Aug. Ps. 122. Profund enim istae molestiæ tribulationesq; & mala temporalia, quæ fideles piè perferimus, vel ad sanandum tumorem superbiæ; vel ad probandā exercendamq; patientiam, cui probatæ & exercitatæ, clarior merces uberiorq; servatur; vel ad exercendam probandamq; justiciam, vel ad demonstrandam

B hujus

hujus vitæ miseriam, ut illam
beatitudinem veram atq; per-
petuam & desideremus ar-
dentius, & instantius inquira-
mus: ad quæcunq; vel deniq;
flagellanda & abolenda pec-
cata Aug. Epist. 121. & de Trinit.
lib. 13. cap. 16. & ideo Deus
huic vitæ malè dulci miscet
amaritudines tribulationum,
ut aliam, quæ salubriter dul-
cis est, requiramus Aug. Ps. 43.
miscet tribulationes gaudijs
terrenis, ut tribulationem sen-
tientes & amaritudinem, di-
scamus æternam desiderare
dulcedinem Aug. Psal. 137. eru-
dit nos Deus talibus flagellis,
ut non tenebrentur tenebræ
nostræ; agnoscamus nos sub
pœna flagelli esse; & benedi-
camus Deum miscentem jam
ama-

amaritudines dulcedini vitæ
temporalis , ne temporalium
deliciarum delectatione cœ-
cati non desideremus dēlicias
æternas August. in Psalm. 138.
sed ut Deum magis diligamus,
ne ve forte per saginam cor-
rumpamur & obliviscamur
cum, subtrahit nobis aliquan-
do quæ necessaria sunt, & at-
terit nos, ut sciamus quia pa-
ter & Dominus est non solum
blandiens sed & flagellans
August. Psal. 62. Et cum blandi-
tur pater est, & cum cædit pa-
ter est. Ideò blanditur, ne de-
ficiamus: ideò cædit, ne pereā-
mus *Aug. Psal. 98.* nam & eos
quos emendat Deus multum
amat: sed ne dissoluta securi-
tate negligentius agant: abs-
condit ab eis dulcedinem.

B 2 amo-

amoris sui, quibus utile est timere ipsum *August. Psal. 30.* & si cessaret Deus, neq; misceret amaritudines felicitatibus seculi, oblivisceremur eum. Sed ubi angores molestiarum faciunt fluctus animæ, fides illa, quæ ibi dormiebat, excitatur *August. Psal. 93.* & experimur quotidie calamitates & mala hujusmodi usū quodam bono converti in bonū, dum non augent nostram concupiscentiam sed exercent patientiam, *Aug. Epist. 156.* crebrescunt molestiæ in hujus vitæ fragilitate, & æternam requiem nos desiderare compellunt *August. Epist. 144.* Nam cui yerè propicius est Deus, non solum donat peccata ne noceant ad futurum secu-

seculum, sed etiā castigat, ne
semper peccare delectet *Aug.*

Psal. 98. Si quando ergo exi-
stant tentationes & pressuræ,
unde non sperabantur: jam
congregatis velut in utrem
aquis maris intelligamus Do-
minum hoc facere ad discipli-
nam, ut excutiat à nobis malè
providentem de temporalib-
us securitatem, & ditigat
nos in regnum suum compo-
sito desiderio *August. Psal. 32.*

Vita enim hæc qualibet re-
dundās felicitate multos fa-
lit: Deus neminem *Aug. Ps. 74.*
sub medico isto positi urimur,
secamur, clamamus: non au-
dit medicus ad voluntatem,
sed ad necessitatem *August.*

Psalm. 21. & 22. Nunquid eju-
latus ejus, qui secatur, retrah-

hit manum medici artificiosè
secantis: ille clamat, ille secat:
cru delis qui non audit cla-
mantem, an' potius misericors
quia vulnus persequitur, ut
sanet ægrotum *August. in Joan.*
c. 1. tract. 7. Deum in tribula-
tionibus laudemus, & opera
misericordiaæ alacrius facia-
mus: Sicut enim ad loca mu-
nitiora festinantiūs migrant,
qui ruinam domus vident
contritis parietibus inmine-
re: sic corda Christiana, quan-
to magis sentiunt mundi hu-
jus ruinam crebrescentibus
tribulationibus propinquare,
tanto magis debent bona,
quæ in terra recondere dispon-
ebant, in thesaurum cœlestē
impigra celeritate transferre;
ut si aliquis humanus casus
acci-

acciderit, gaudeat qui de lo-
co ruinoso emigravit: si au-
tem nihil tale fuerit subsecu-
tum, non contristetur, qui
quandoq; moriturus immor-
tali Deo, ad quem venturus
est, bona propria commenda-
vit *August. Epist. 138.* Et sum-
matim, occulta dispensatione
providentiae Dei tribulatio-
nes & persecutio[n]es permit-
tuntur in aliud ad poenam, in
aliud ad probationem, in a-
liud ad coronam. Ad poenā,
quomodo permissi sunt alie-
nigenae capere populum
Israel, quia peccaverant in
Deum. Ad probationem au-
tem permissus est Diabolus
in Job. Probatus autem est
Job, confusus Diabolus. Ad
coronam verò permissi sunt

C 4 per-

persecutores in Martyres.
Occisi sunt Martyres, quasi
vicisse se arbitrati sunt perse-
cutores. Hi in manifesto fal-
sò triumpharunt, illi in occul-
to verè coronati sunt *August.*
Psal. 29. Tu igitur Jehova Deus
in omnibus tribulationibus
& adversitatibus tantum tun-
de ut proficiamus, non ut de-
ficiamus: tantum tunde, ut
perduremus non ut commi-
nuamur *Aug.* *Psal. 38.* Sit non-
nulla nobis jocunditas, ne de-
ficiamus: nec sit plena securi-
tas, ne male exultemus *Aug.*
Psal. 85. Tu fons vitae da no-
bis inebriari ab ubertate do-
mus tuæ, & voluptatis tuæ
potari torrente, quo munda-
ti atq; vegetati non solum tri-
sticia non absorbeamur, ve-
rum

rum etiam gloriemur in tribulationibus : scientes, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, quæ non confundit *August. Epist. 144.*

Septimum remedium est consideratio dulcissimorum ex calamitatibus & adversitatibus nascentium & provenientium fructuum. Omnis enim tentatio probatio est: & omnis probationis effectus habet fructum suum, quia plerūq; nobis met ipsiis ignoti sumus, quid feramus, quid non feramus: ignoramus, & aliquando præsumimus nos ferre, quod non possumus, & aliquando desperamus nos posse ferre, quod possumus. Accedit tentatio

B 5 quasi

quasi interrogatio, & invenimur à nobis metipsis, qui latebamus & nos metipsos, sed artificem non latebamus *Aug.*
Psal. 55. Erudit Deus bonos per malos, & per temporalem potentiam damnandorum exerceet disciplinam liberandorum *August. Psal. 37.* Sicut vasa figuli probat fornax, sic homines justos tentatio tribulationis *August. de morib. Ecclesiast. lib. 1. c. 23.* Fornax est mundus, palea injusti, aurum justi, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod igitur vult aurifex, faciamus: ubi nos ponit aurifex, toleremus. Jubemus nos tolerare, novit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum nos & quasi consumendum nos, illa in-

cine-

cinerem vertitur; nos sordibus caremus Aug. Psal. 61. Malis quidem calamitates sunt tanquam ignis fœno: bonis ita sunt tanquam ignis auro. Manducatus est Judas ut fœnum: probatus est Job ut aurū Aug. Ps. 103. & quemadmodū tuba ductilis ferro producitur: ita Christianorū cor in Deum pressurarum plagis extenditur August. Psal. 32. Tuba ductilis erat Job, quando repente percussus tantis damnis & orbitate filiorum, tunzione illa tantæ tribulationis factus tuba ductilis sonuit, Dominus dedit, Dominus absulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Quomodo sonuit, quam suavem sonum

B 6 dedit

dedit ista du^ctilis tuba? Ad-
huc tunditur: datus est in po-
testate, ut & caro ejus percu-
tereatur. Percussa est, cepit pu-
tredine, scatere vermis:
supposita Eva ad sedu^cti-
onem, uxor ejus servata ad mi-
nisterium Diaboli, non ad so-
latium mariti, sugerit bla-
phemias, non obtemperat
ille. Obtemperavit Adam E-
vę in Paradiso: repellit Adam
Evan in stercore. Melior Job
putris in stercore: quām inte-
ger ille in Paradiso *Augustin.*
Psal. 97. Vicitus in Paradiso:
victor in stercore. Ibi vicitus
est à Diabolo per mulierem:
Hic vicit Diabolum & mulie-
rem *Aug.* *Psal. 34.* Cautior ni-
mirū Adam in stercore, quām
Adam in Paradiso. Nam A-
dam

dam in Paradiso consensit
mulieri, ut de Paradiso emit-
teretur: Adam in stercore re-
spuit mulierem, ut ad Paradi-
sum admitteretur Aug. Psal. 29.
Tu igitur creator & conser-
vator noster sic nos luteos &
stercoreos homines rege &
guberna, ut simus aurum, non
palea, istam ignis tribulatio-
nis absumit, illud perpurgat:
non simus aridi, ne de pressu-
ra nihil exeat Aug. Psal. 49. &
Psal. 55. sed ex tribulatione
fructum feramus multiplicem
cum patientia Luc. 8. v. 15. Aug.
Psal. 128.

Octavum huic adhærens
remedii est necessitas. Neq;
enim revera, si fallacis pro-
speritatis semper hic tran-
quillitas arrideret, anima hu-
mana

mana portum illum veræ cer-
tæq; securitatis appeteret
August. Psal. 156. Versamur igitur in regione non gaudendi sed gemendi, non jam exultandi sed adhuc plangendi
Aug. Psal. 55. Quantum accedunt dies, augentur tribulationes. Nemo sibi promittat, quod Evangelium non promittit: non nobis promittunt scripturæ nostræ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum
August. Psal. 39. Quamdiu hic est Ecclesia, non deerit labor, pressura, tribulatio: nihil aliud speremus
Psal. 48. Non potest vita nostra in hac peregrinatione esse sine tentatione: quia profectus

fectus noster per tentatio-
nem nostrā fit: nec sibi quisq;
innotescit nisi tentatus, nec
potest coronari nisi vicerit,
nec potest vincere nisi certa-
verit, nec potest certare nisi
inimicum & tentationes ha-
buerit Aug. Psal. 60. Est tota
vita humana super terrā ten-
tatio Job. 7. Persecutus est pla-
nè & Diabolus animam Chri-
sti, & Judas animā Magistri: &
nunc ad persecutionē corpo-
ris Christi idem Diabolus ma-
net; Judas autem Judæ succe-
dit August. Psal. 142. Tu igitur
Dominus noster, qui passio-
ne tua ostendisti nobis vitam
præsentis necessitatis, qua o-
portet & laborare & tribula-
ri, & ad extremum mori Aug.
Psal. 148. in hac necessitate
nobis

nobis succurrere : & proba,
atq; castiga nos, non ut Rex
severus, sed ut pater benignus
Sapient. 11. v. 11. non ut judex
damnans, sed ut pater corri-
gens *August. Psal. 79.* Et nos te
adjuvante effundemus super
nos animam nostram, confe-
tebimus in lachrymis, gemit-
mus in confessionibus, in mi-
serijs suspirabimus *Aug. Ps. 85.*

Nonum remedium est, ut
certo statuamus Deum sum-
mè fidem esse *Deut. 32. v. 2.*
Esaia 49. v. 7. 1. Thes. 5. v. 24. &
2. ad Thess. 3. v. 1. Joh. 3. v. 9. &
in calamitate benignè nobis
facere, ne dolorem habeamus
super dolorem *Phil. 2. v. 27.*
nevè supra vires tentemur &
periclitemur *1. Cor. 10. v. 13.*
nam si tantum posset nocere
Diabo-

Diabolus vel unusquisq; ho-
mo malus, quantum vult: non
aliquis justorum remaneret
aut aliquis fidelium esset in-
terra. Ideo ad mensuram
permittitur tentare Diabolus
August. in Psal. 52. ut erudia-
mur, non opprimamur, & ut
post mensuram lachrymarum
sequatur corona gaudiorum
August. Psal. 79. Nam tota mi-
seria generis humani, in qua
gemit mundus, dolore est me-
dicinalis non sententia pœ-
nalis *August. Psal. 138. pag. 868.*
dulcia sint nobis flagella pa-
tris, nè sit amara sententia ju-
dicis *d. Psal. 138.* Tu igitur cle-
mentissime pater infunde
nobis poculum ad mensu-
ram, quam ferre possimus, &
poculum præbítum gustan-
do


do priūs aliquantum edulca,
ut id cum amaritudine tolerabili imbibitum, & vitiositatibus expurgandis & perimendis adhibitum nobis dulcescat.

Decimum remedium est consideratio liberationis certissimæ. Etsi enim mens nostra est in tribulationibus marcida, fessa in angoribus, contracta in temptationibus, ægra in laboribus: tamen erigitur desuper capiens veritatem & consolationem *August.*
Psal. 42. sœviat quantumlibet inimicus, oppugnet nos, insidias nobis præparet, scandalis crebrescat, & faciat angkor nostrum: in quilibet inquilini erimus in tabernaculo Jehovæ usq; in secula. Non vincetur Ecclesia,

eleſia, non eradicabitur, nec
cedet quibuslibet temptationi-
bus, donec veniat hujus ſe-
culi finis, & nos ab iſta tem-
porali, æternā illa habitatio
ſufciptat: ad quam nos dedu-
cet, qui factus eſt ſpes noſtra
August. Psal. 60. capimur certè
miferabiliter, ſed evellit Deus
mifericorditer *August. con-*
fefſ. 10. c. 34. multi ſunt lan-
guores, multi ſunt & magni:
fed major & amplior eſt me-
dicina creatoris *August. con-*
fefſ. 10. c. 43. æitas eſt ſeculi,
fed magna umbra eſt ſub alis
Dei *August. Psal. 60.* quando
magis crebra ſunt mala: dul-
cior eſt Dei mifericordia
August. Psal. 41. Brevis eſt mo-
leſtia noſtra; æterna, beatitu-
do noſtra: ad modicum do-
lemus

lemus, sine fine gaudebimus
August. Psal. 36. Expectemus
Dominum, qui nos salvos fa-
ciat à pusillanimitate & tem-
pestate *August. Psal. 54.* & libe-
ret nos ab omni tentatione,
& opprobrio & despectu
August. Psal. 122. ut exultantes
cum illo evadamus scandala,
tribulationes mundi, perse-
cutiones inimicorum, dolos
hæreticorū, suggestiones Dia-
boli, & cupiditatum confli-
ctiones *August. Psal. 123.* Tu
igitur benignissime pater li-
bera nos à malo *Matt. 5. v. 13.*
Luc. 11. v. 4. Tu clementissime
Domine, qui resurrectione
& clarificatione tua ostendi-
sti nobis vitam, quā accepturi
sumus, cum veneris retribuere
digna dignis, mala malis, bona
bonis

bonis Aug. Psal. 148. interim in
hac peregrinatione & cala-
mitate nos serva & protege.
Cæterum quod totius rei ca-
put unum & summum eit, tibi
foli sapienti, immortali, æter-
no omnipotenti Jehovæ Deo
sit laus, gloria, & robur, tibi
inquam vel cædēnti vel blan-
dienti, tibi vel flagellanti vel
condonanti, tibi velexercenti
vel consolanti, tibi vel urenti
vel secanti, vel sine istis re-
medijs coronanti,
Amen.



MEDI

M EDITATIO- NES TRES DE INIMI- CIS DILIGENDIS.

PRIMA.

Doles humanam miseriam, cuius in amicitijs mutua charitate retinendis, quantalibet illa sit, incerta permancio est. Aug. Epist. 19. nimirum difficile tibi est proximum eundemq; amicum constanti & perpetua voluntate diligere, longeq; difficilius inimicos dilectione & charitate debita complecti. Certè in justificationibus Domini nulla res est difficilior & mirabilior, quam ut suos quisq; diligit inimicos. Aug. Pf. 118.

Psal. 118. Sed cum Jehova Deus
disertè ac præcisè præcipiat,
ut inimicos diligas. *Matt. 5.*
v. 44. Luc. 6. v. 27. Acto. 7. v. 6.
cum viro sancto patrem Do-
mini nostri Jesu Christi adi,
& da, dicas, mihi quod jubes,
& tum jube quod vis *August.*
Confession. 10. c. 29, c. 31. Et c. 37.
Medicum illum adhibe, ut æ-
gro tibi persuadeat, amarum
quidem esse inimicum dilige-
re, sed salubre. *August. Psal. 39.*
Noli igitur orare & dicere,
occide illum *inimicū meum.*
Nam ista precatio non Do-
minum inquiris, sed quasi fa-
cis te judicem super inimicū
tuū, & facis quæstionarium
Deum tuum. Unde scis, ne
melior te sit, cuius mortem
quæris? *Aug. Psal. 33. Noli ini-*
micum

micum hominem odio habere: ne, cum odis malus, quem pateris malum, sint duo mali.
August. Psal. 30. nevè charitas, quæ unum ægrotum flebat, quite oderat, jam duos planget, si & tu odisti *August. tract. 8. in epist. Joan.* Diligas igitur bonus: & quem pateris malum, ut vel unus sit malus;
August. d. Psal. 30. Ora pro te primitus, ut animum tuum Deo miserante atq; opitulante vincas, quo fereris in ulciscendi cupiditatem, cum detrahitur sive præsenti sive absenti tibi. Deinde, cum patientiam recordaris tanquā ipso excitato, sicut factum est, cum dormiret in navi, qui perturbationem cordis tui tempestatem q; tranquillat, animo

animo sedato atq; placato:
ora etiam pro ipsis detracto-
ribus tuis, ut securus dicas:
Dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris *August. Psal. 108.*
ora inquam pro inimico, &
ut fratrem admone *ad Thes.*
Sal. 3. v. 15. qui etiam, si sana-
bilis sit, à malo desistet, & ad
mutuam charitatem flectetur,
sed si sit insanabilis & male-
dictionem diligere perrexer-
it maledictio ei veniet *Pf. 109.*
At respicis inimicum tuum
adversantem, sœvientem,
mordentem verbis, exaspe-
rantem contumelij, inse-
ctantem odij *Augustin. d. tra-*
ctat. 8. ægrè fers, quod for-
tè te persequitur vicinus
tuus, aut ille quem læsistī,

C aut

aut cui fecisti injuriam : aut
qui vult auferre res tuas : aut
contra quem prædicas veri-
tatem : aut cuius peccatum
objurgas : aut quem malè
viventem bene vivendo læ-
dis. *Augustin. Psal. 34.* Cum
aliquid tale pateris Christia-
nus, non debes facile velut
odio ire in eum, à quo pa-
teris, & velle ventum vince-
re : sed convertere te ad ora-
tionem, ne amittas dilectio-
nem : Neque enim timen-
dum est, aliquid faciat homo
inimicus. *Augustin. Psal. 54.*
Sævit in te homo ? ille sæ-
vit : tu deprecare. ille odit,
tu miserere. *Augustin. d. tra-*
citat. 8. Quid enim facturus ?
Multa mala dicturus, oppro-
bria. jaculaturus, in convi-

cij

c̄hs s̄evituruſ. Sed quid ti-
bi? gaudete, inquit Christus,
& exultate, quoniam merces
veſtra multa eſt in c̄elis. Ille
in terra geminat convicia: tu
in c̄elo lucra, *Augustin. d.*
Pſal. 54. Ille angustias tibi
facit in terra: tu migra in c̄e-
lum, ſurfum cor ibi habe, ubi
latitudo eſt, ut nullas an-
gustias patiaris in ſpe vitæ
æternæ *d. tractat. 3.* Sed s̄e-
viat amplius, poſſit & ali-
quid amplius: quid te ſecu-
rius? cui dictum eſt: No-
lite timere eos, qui corpus
occidunt, animam autem
non poſſunt occidere. Quid
eſt ergo timendum, quan-
do pateris inimicum? Ne
conturbetur in te dilectio,
qua diligis inimicum. Ete-
nim

nim inimicus ille homo caro & sanguis quod videt in te appetit. Alius autem inimicus occultus rector harum tenebrarum, quas tu patenteris in carne & sanguine, alterum occultum tuum petit, thesauros tuos interiores deprædari & vastare molitur. Duos ergo inimicos constitue ante oculos, unum apertum & alterum occultum; apertum, hominem; occultum, Diabolum. Homo ille hoc est, quod tu secundum fidem autem & dilectionem nondum quod tu, sed poterit esse quod tu. Cum ergo sint duo, unum vide, alterum intellige, unum dilige, alterum cave.

Namq;

Namq; & inimicus ille quem
vides, hoc in te vult hu-
miliare, unde vincitur: ver-
bi gratia, si divitijs tuis vin-
citur, pauperem te vult fa-
tere: Si honore tuo vin-
citur, humilem te vult fa-
cere: Si viribus tuis vinci-
tur, debilem te vult facere.
Ea igitur intendit in te vel
dejicere vel auferre, quibus
vincitur, & ille occultus
inimicus illud tibi vult tol-
lere, unde vincitur. Homo
enim hominem vincit hu-
mana felicitas: Diabolum
autem vincit inimici dile-
ctione. Quomodo ergo ho-
mo ambit auferre tibi & de-
truncare aut avertere feli-
citatem, qua vincitur: sic
& Diabolus hominem vult

C 3 vince-

vincere auferendo, unde
vincitur. Sed cura in cor-
de servare inimici dilectio-
nem, quæ Diabolum vin-
cit. Sæviat homo quantum
potest, auferat quicquid po-
test. Si diligitur aperte sæ-
viens, vincitur occulte sæ-
viens, *Augustin. d. Psalm. 54.*

ALTERA.

Justus magis cupit inimi-
cum suum corrigi, quam
puniri: & cum in eum vi-
det à Domino vindicari, non
ejus delectatur pœna, quia
non eum odit: sed divina
iustitia, quia Deum diligit.
deniq; si in hoc seculo in-
eum vindicatur, vel pro illo
etiam lætatur, si corrigitur,
vel

vel certè pro alijs, ut eum
timeant imitari. Ipse quoq;
fit melior non supplicio il-
lius odia sua pascendo;
sed errata emendando. Ac
per hoc de benevolentia est
non de malitia, quod lætatur
justus, cum videt vindictam,
& manus suas lavat, id est,
opera sua mundiora efficit
in sanguine, hoc est, in exi-
tio peccatorum, sumens in-
de non mali alieni gaudium,
sed divinæ admonitionis
exemplum. Si autem in-
futuro seculo, ultimo Dei ju-
dicio, vindicatur: hoc ei pla-
cket quod Deo, ne bene sit
malis, ne piorum præmijs
etiā impij perfruantur: quod
utiq; injustum est, & à re-
gula veritatis, quam justus

C 4 dili-

diligit, alienum. Cum enim
nos ad diligendos inimicos
dominus hortaretur, exem-
plum proposuit patris nostri,
qui in cœlis est, qui facit fo-
lem oriri super bonos & ma-
los, & pluit super justos &
injustos. Nunquid tamen
ideò vel temporalibus cor-
reptionibus non emenda-
t, yel pertinaciter duros in-
fine non damnat? Sic ergò
inimicus diligendus, ut non
displianceat Domini justicia,
qua punitur: & sic placeat
justicia qua punitur, ut non
de malo ejus sed de bono
judice gaudeatur. Malevo-
lus enim animus contrista-
tur, si ejus inimicus corre-
ctus evaserit pœnam. Et
cum puniri eum videt, vin-
dicari

dicari ita se gaudet, ut non
justicia Dei, quem non di-
lit, sed illius, quem odit,
miseria delegetur. Et, cum
Deo dimittit judicium, ut
plus noceat Deus, quam ipse
nocere possit, exoptat. Et,
cum dat cibum esurienti ini-
mico, potumq; sitienti: ma-
litiosè sapit quod scriptum
est: Hoc enim faciens car-
bones ignis congeres super
caput ejus. *Roman. 12. vers. 20.*
Agit enim, ut amplius ag-
gravet & ei excitet indigna-
tionem Dei, quam carbo-
nibus ignis significari putat:
non intelligens, illum ignem
esse poenitentiae urentem do-
lore; quo usq; caput erectum
superbia, beneficij inimici
ad humilitatem salubrem de-

C 5 ponā

ponatur, & in bono illius,
hujus malum vincatur: Unde Apostolus vigilanter ad-
junxit: Noli vinci à malo,
sed in bono vince malum.
Quomodo autem potest vin-
cere in bono malum, in
superficie bonus, & in ab-
dito malus: qui opere par-
cit, & corde sœvit, manu
mitis, voluntate crudelis?
Intelligamus ergo sanctos
homines Dei suos inimicos
dilexisse, nec cuiquam vo-
luisse nisi bonum: quod est
pietas in hoc seculo, æter-
nitas in futuro: in poenit
autem malorum non malis
eorum, sed Dei bonis judi-
cij suis delectatos *August.*
Psalm. 78. Pone tibi ante
oculos hominem iniquum,
com-

commotū animo, trucem vul-
tu, flammantibus oculis, scin-
tillantibus verbis ferri in ho-
minis necem, in deprædatio-
nem, in injurias, in contu-
melias, non se capere, non
se tenere: alterum, patien-
ter excipientem verbera ac
plagas, quicquid ille infer-
re voluerit, & petcutienti
maxillam, parantem alteram:
cum videris hinc furias, in-
de lenitatem: hinc iram, in-
de patientiam: hinc flam-
mas, inde tolerantiam, du-
bitas pronunciare, quis eo-
rum ardeat pœnamq; patia-
tur? Illenè, cuius corpus
vexatur, an cuius animus
vexatur? Propterea & E-
saías Prophetæ dixit: Et
nunc ignis adversarios com-

C 6 edet.

edet. Quid est & nunc?
Antequam veniat dies ille
judicij magnus, jam furore
suo ardent, qui postea sup-
plicio sempiterni illius ignis
arsuri sunt. Nisi forte pu-
tatis, fratres mei, quia inju-
sticia, quæ procedit ex homi-
ne ad lædendum aiterum ho-
minem, illi, ad quem proce-
dit, nocet, & illi, de quo pro-
cedit, non nocet? Unde
fieri potest? Aliquando fa-
cula ardens apponitur ad li-
gnum humidum & viride, &
non illud incendit, ipsa tan-
tum ardet; sic & inimicus
tuus. Si quis fortè existit
injustus, qui tibi moliatur
insidias, vel præparet aliquas
molestias, injustus est. Tu
si viride lignum fueris, id est,
si suc-

si succo spiritali vigens & vi-
rens; flammis inimicitiarū re-
stiteris, orando, pro illo, qui
te persequitur: ille ardet, tu
manes integer: & injusticia
illius illi nocet, tibi nihil no-
cet: nisi forte putas, quia no-
cet tibi, si corpori tuo aliquid
fecerit, & anima patiens &
incorrupta ad Deum coro-
nanda pervenerit, sequens
exemplū domini sui, qui pati-
maluit à Judæis, &, qui pote-
rat non mori, mortuus est, &,
qui poterat non nasci, natus
est. Tuenim conditione natus
es, ille voluntate: tu condi-
tione moreris, ille misericor-
dia. Quomodo ergo illi
nihil nocuerunt Judæi, sic
nec tibi quisquam persecu-
tor inimicus, si tu elegeris
esse

esse mem brum capit is illius
Augustin. Psalm. 96. deniq; sis
tu inimico tuo amicus: & erit
Deus inimicus inimicorum
tuorum & adversarius ad
versariorum tuorum *Exod. 23.*
vers. 22. Amen.

TERTIA.

BEATUS, qui amat te
Deum & amicum
in te, & inimicum
propter te, *Augustin.*
confess. 4. c. 8. Præci-
pis tu sine exceptione
dilectionem proximi;
&, ne quisquam ex-
ceptionem in inimicis
ex

l
ius
sis
erit
m
ad
2.

te
m
n.
-
e
i;
s
8

ex se comminiscatur:
inimicos, diligi in spe-
cie jubes *Matth.* 5.
v. 44. Beatus vero,
qui præcepta tua ser-
vat. *Exod.* 20. vers. 6.
Numer. 15. v. 40. Sed
sunt alij quoq; ejus rei
fructus magni & dul-
ces: nam tuo præsidio
atq; munimento ini-
micitias non pertime-
sco, cuius præcepto &
dono diligo inimicos
Augustin. de vera reli-
gion. c. 47. & sicut a-
mici

mici adulantes me per-
vertunt; sic inimici litigantes me corrigunt.

*Augustin. Confess. 9.
vers. 8.* & sunt inimici
jurgantes plerumq; utiliores, quām amici
objurgare metuentes

Augustin. Epistol. 15.
Sunt inimici mei quodammodo ferramenta
tua, quibus sanor. Tu
novisti utile esse, ut ex-
spolient me: tu novisti
utile esse, ut vapulem.
De illis me curas, opto
ig-i-

igitur, ut illi sanentur,
Augustin. tractat. 8. in
Epistol. Joh. & ut ini-
micos diligens ex su-
surronibus vel detra-
ctoribus correctos ha-
beam consortes. *Au-*
gustin. de Civitat. Dei,
libr. 5. cap. 19. Propri-
cius, Domine, illis
esto, dimitte illis pec-
cata, incute illis terro-
rem, muta illos, non
amo in illis quod sunt,
sed quod velim ut sint
Augustin. d. tract. 8.

Nun-

Nunquid Mé dici æ-
grotos diligunt , ut
temper ægrotent? ad
hoc diligunt ægrotos,
ne ægroti permaneant,
sed ut ex ægrotis sani-
fiant. & quanta ple-
rumq; patiuntur me-
dici à phreneticis? qua-
les contumelias verbo-
rum? plerumq; etiam
percutiuntur : perse-
quitur medicus fe-
bre, ignoscit homi-
ni: morbum odit , a-
mat ægrotum Sic ini-
mi-

micum oderim quod
invidet & sævit: sed a-
maverim, quod à Deo
factus sit *d. tractat. 8.*
deniq; si inimici vel
maximè pecuniam tol-
lant, exspolient, pro-
scribant, in exilium
mittant, doloribus,
tormentisq; crucient,
ad extremum, si per-
missi fuerint, occi-
dant: tamen à te Deo
meo separare me non
possunt.

Augustin.

Psalm. 137. Exurgant
igi-

igitur inimici, sive ex
numero malorum ho-
minum, sive ex nume-
ro malorum angelorum.
August. Psal. 117.
taceant & occultent
inimicitias suas: *Aug.*
Psalm. 139. agant ex
infidijs: *Exod. 1. v. 10.*
& seqq. si callida &
infidiosa consilia non
succedant, ad violenta
consilia properent:
Exod. 1. v. 22. hos ego
omnes in tuo adjutorio
despiciam *Augustin.*
d. Ps.

d. Psalm. 117. Quamdiu h̄ic est ecclesia,
quamdiu gemit tritum
inter paleas,
quamdiu gemunt spicæ inter zizania, quamdiu
gemunt vasa misericordiæ inter vasa
iræ facta in contumeliam, quamdiu gemit
lilitum inter spinas:
non deerunt inimici,
qui dicant: Quando morietur & peribit no-
men ejus? Sed ecce
illi sine fine moriun-
tur,

tur: & permanet eccl-
sia prædicans manum
domini omni genera-
tioni superventu-
ræ, *Augustin.*
Psal. 70.

DEO GLORIA.



Hæc tua, Christe Deus, vox
est, qua diligere hostes:
Et, qui laeserunt nos, ada-
mare jubes.
Sentio, Christe, meas culpas:
has, Christe, remitte:
Quodq[ue] jubes, mibi da: quod
cupis, hocq[ue] jube.



Tota uita descendere
mori Seneca
Nam Philosophia et veritas
doceat et medi calo mortis
affulget. Philosophum non
adportet nec agere, quamvis
per fidem eam cuiusdam confort
corporis separare, sed deo ex
stemandum. Philosophiam ex
mortis affulsum.

Qui in Italiam solo uito
curse meditatus et cleam
bona morem, suie optimae offi
cialia aucta et etatis Bas
centi spiritu.

Fortuna mea rans fragilis
non quos clarificat perpe
tuo fove
neq; quos deserui si petuo
premis

Aeneas

Fortuna nunc lisit
in eodem statu

Semp; mox illar; varum
et mulat voces

Et summa in iunctu verbis
ac versa erigit

Alb. de Rosate ad l. Scrl. L de
Curia Romana non capi posse
avem fine lau^{torum}
Dantes respondit non dantur
et obtra claudat

Si caput a capro vel dicens
a capiendo
tunc e Roma caput, utrum namq;
caput

Si declinando capro capre
ad capiendum

Retia luxavil retia larga
nimis

sic Alb de Rosate ad. l. 6



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73044192X/phys_0079](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73044192X/phys_0079)

DFG

I N D

83. non timenda
ibid. repentina 84.
ubiq; præsens ibid.
prima quid sit 86.
Secunda quid. ibi.
differentia inter
primam & secun-
dam ibid. Piorum
qualis 86. Impiorum
qualis. 87.

N.

Nazian. 49. 64. 79.
Nero derisit mor-
tuorum resurrec-
tionem. 104.

Nicetus. 7.

Nilus Episcopus 27.

O.

Otium fugiendum
13. alit pravas. cu-
piditates. ibid.

Olympiodorus 88.


Origen. 4. 12. 45. 54.

Origenis error 23.

Quid. 13. 47. 49. 84.

P.

Fœnitentia requi-
ritur ab omnibus.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 076